

septem epistolae dicuntur Canonicae, seu Catholicae, quia quaedam universitatem important, sed ratio est valde mystica, & non fundamentalis.

713. Tertio, Ioannes de Lahay tom. 1. in Biblia Maxima, in Prolegomeno novi Testamenti, sect. 8. c. 1. notat ex communi sententia, ut advertunt D. Hieronym. in Paulum, in Praefat. Eusebius lib. 5. cap. 17. Quod Iudaei, & Haeretici mittebant epistolas ad Christianos conversos ad fidem, ut eos perverterent, ac ad suos errores traherent; & contra Sancti Apostoli, ac Sancti Patres, ut Clemens Romanus, Sanctus Ignatius, S. Polycarpus, & alii mittebant epistolas ad eos confirmandos, ac corroborandos in fide. Hoc supposito ait citatus Lahay, ut epistolae missae ab Apostolis spiritu sancto distante ab aliis distinguerentur, ideo peculiariter inter ceteras haberentur, dictae sunt epistolae canonicae, seu catholicae; sed hoc suam difficultatem patitur, cur ergo epistolae simili modo non dicuntur canonicae.

714. Duae solutiones in hac re subjicito. Totum Testamentum vetus, & novum canonicum, ac Catholicum est; & omnia, quae sunt in Testamento novo uno nomine dicuntur, verbi gratia, Evangelia, Epistolae Pauli, Acta Apostolorum, Apocalypsis, cum autem haec septem epistolae non habeant unum Auctorem, sed quatuor Iacobum, Petrum, Joannem, & Iudam, ut uno nomine dicerentur Canonicae, vel catholicae sunt appellatae, & ut etiam distinguerentur ab aliis, quae supposito nomine Petri, vel Joannis circumferuntur de quo infra.

715. Ad secundam solutionem supponendum apud veteres fuisse solemnem consuetudinem, ut etiam apud nos viget, quod in unaquaque epistola, ponatur subscriptio proprii nominis, cujus esset, vel certa nota, seu signum, per quod illius Auctori cognosceretur, ut late notat, ac ostendit Simon Postus in Commentariis epistolis 1. ad Atticum. Cum ergo D. Paulus quatuordecim epistolas scripsisset, & alias etiam quae non extant, ut dixi supra quest. 14. num. 702. Satis ejus subscriptio, & nomen notum erat in mundo, deinde stylus, & modus loquendi aperte indicabat, quod essent Pauli, sicut nos supra citata quest. 14. n. 700. & 703. cum communi sententia diximus, quod epistolae ad Senecam, & Laodicenses ex modo loquendi, ac stylo non sint Pauli, ita ex subscriptione, ac methodo dicendi deprehendebatur, quod essent illius. At epistolae D. Jacobi una, sicut & Iudae, & Petri una vel altera, sicut & Joannis; & deinde eorum subscriptiones, formae ac modus dicendi non erant bene noti apud omnes, & ideo ut eorum sancta, ac sacra doctrina agnosceretur ab omnibus, a sanctis Patribus dictae sunt Canonicae, ac Catholicae.

716. Haec diximus de septem epistolis Canonicis tanquam de eis in genere, de eorum excellentia, ac praecleara doctrina, audi D. Hieron. epistol. 103. ad Paulinum, sic ait: Iacobus, Petrus, Joannes, Iudas septem epistolas ediderunt tam mysticas, quas succinctas, breves pariter, ac longas, breves, in verbis, longas in sententiis, ut ratio sit, qui in eorum lectione non cacuetis.

717. D. Hieron. in Prologo, qui in Bibliis Regis habetur, ait quia Petrus primus est in ordine Apostolorum, primae sunt epistolae ejus in ordine. Ceterum, D. August. lib. de fide, & prophetia, & Concil. Trid. sess. 4. sic refert Petri Apostoli duae, Joannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una, Iudae Apostoli una. Tamen in Biblii correctis primo ponuntur epistola Jacobi deinde Petri, Joannis ac tandem Iudae, & merito sanctae Scripturae dignitas non sufficit, ut ejus Scriptura praecedere debeat; sicut nec inter Evangelistas, quamvis Joannes multum praecedat ceteris in gradu Apostolico, dignitate, ac prerogativa, tamen in ordine Evangeliorum ei praecedunt D. Mattheus, Marcus, & Lucas. Quis tamen omnium postremus Evangelicam doctrinam conscripsit, ideo ultimum locum citra ullam injuriam occupat.

718. Proindeque attento ordine temporis, recta est series epistolarum: nam si Auctor hujus epistolae est Iacobus Zebedaei, seu major, ut multorum est sententia, cum mortuus sit uno anno post Christum juxta Lucium Dextrum scripta est anno Christi 37. & ait ipse Dexter ibi n. 7. Quae fuit prima Scriptura novi Testamenti, Apostolo tanto digna. Ac proinde multo ante Petrum, & Joannem, tempore: sic ejus Auctor est Iacobus Alphaei, seu minor. Hic Iacobus mortuus est sex annis ante Petrum, & 36. ante Joannem Evangelistam: nam Sanctus Iacobus martyrio coronatur anno 65. Christi. Petrus autem martyrio laureatur anno 69. Joannes vero feliciter obdormit in Christo anno 100. vel ut alii volunt 101.

719. Hanc epistolam non esse Canonicam im- pie asserunt Lutherus, Bientius, & alii ejus sequaces, quia haec epistola maxime ad- versatur eorum doctrinae, quae tenet nos solum de fide justificari quae impiam doctrinam Aposto- lus condemnat in hac epistola dicens. Fides sine operibus mortua est. Ut etiam Paulus tenet.

De ordine harum epistolarum.

D. Hieron. in Prologo, qui in Bibliis Regis habetur, ait quia Petrus primus est in ordine Apostolorum, primae sunt epistolae ejus in ordine. Ceterum, D. August. lib. de fide, & prophetia, & Concil. Trid. sess. 4. sic refert Petri Apostoli duae, Joannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una, Iudae Apostoli una. Tamen in Biblii correctis primo ponuntur epistola Jacobi deinde Petri, Joannis ac tandem Iudae, & merito sanctae Scripturae dignitas non sufficit, ut ejus Scriptura praecedere debeat; sicut nec inter Evangelistas, quamvis Joannes multum praecedat ceteris in gradu Apostolico, dignitate, ac prerogativa, tamen in ordine Evangeliorum ei praecedunt D. Mattheus, Marcus, & Lucas. Quis tamen omnium postremus Evangelicam doctrinam conscripsit, ideo ultimum locum citra ullam injuriam occupat.

Proindeque attento ordine temporis, recta est series epistolarum: nam si Auctor hujus epistolae est Iacobus Zebedaei, seu major, ut multorum est sententia, cum mortuus sit uno anno post Christum juxta Lucium Dextrum scripta est anno Christi 37. & ait ipse Dexter ibi n. 7. Quae fuit prima Scriptura novi Testamenti, Apostolo tanto digna. Ac proinde multo ante Petrum, & Joannem, tempore: sic ejus Auctor est Iacobus Alphaei, seu minor. Hic Iacobus mortuus est sex annis ante Petrum, & 36. ante Joannem Evangelistam: nam Sanctus Iacobus martyrio coronatur anno 65. Christi. Petrus autem martyrio laureatur anno 69. Joannes vero feliciter obdormit in Christo anno 100. vel ut alii volunt 101.

QUESTIO XVI.

De epistola B. Jacobi Apostoli.

SUMMARIUM.

- 719 Haeretici negant hanc epistolam esse Canonicam.
720 Catholica fides fuerit esse Canonicam.
721 Duplex est Iacobus, unus Zebedaei, alter Alphaei.
722 Prima sententia pugnat pro Zebedaeo, & num. 723.
724 Secunda, & vera pro Iacobo Alphaei, & probatur, n. 725. 726. 727. 728. 729.
730 Scripta Graeco idiomate.
731 Scripta post epistolam Pauli ad Romanos.
732 Circumferuntur aliqua scripta falso nomine Jacobi.
733 Liturgia, seu Missa dicta D. Jacobi.

Epistola Canonica.

Hanc epistolam non esse Canonicam im- pie asserunt Lutherus, Bientius, & alii ejus sequaces, quia haec epistola maxime ad- versatur eorum doctrinae, quae tenet nos solum de fide justificari quae impiam doctrinam Aposto- lus condemnat in hac epistola dicens. Fides sine operibus mortua est. Ut etiam Paulus tenet.

Rom. 3. Erasm. Cajetanus.

tom. 3. num. 28. Erasmus hoc loco asserit eam non redolere gravitatem Apostolicam. Cajetanus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis videtur dubitare de ejus auctoritate.

720. Mileviran. Carthagin. Florentin. Trident. Innocent. III. Dionys. D. Ephrem. D. August. B. Cyprianus. D. Nazianz. D. Chryl. D. Damascen. D. Athan. D. Hieron. Bellarm.

Tamen epistolam esse Canonicam; de fide est. Ita docent, & tenent Concilium Mileviranum Can. 7. Carthagenense III. cap. 47. Florentinum & Trident. sessione 4. Innocent. I. in Canone Sancti Patres: communiter etiam Antiquissimi Divus Dionysius Areopagita de divinis nominibus. D. Ephrem. sermone de panis. D. August. in Psal. 31. Concil. 1. Cyprian. lib. ad Novat. D. Gregorius Nazianz. Orat. 26. D. Chrysol. lib. 3. de Sacerdotio. D. Damascen. lib. 4. de fide, cap. 20. S. Athanasius D. Epiphanius. S. Hieronymus, & alii multi, quos citat, ac sequitur Bellarm. lib. 1. de verbo Dei, cap. 18. ubi octo argumenta, quae Lutherani contra hanc epistolam objiciunt, dissolvit, & confutat; & hanc veritatem etiam tenent, & fatentur multi Haeretici, Calvinus lib. 3. Instit. cap. 17. §. 11. & 12. & ait: Ego quia nullam ejus repudiandae causam suis iustam video libenter eam sine controversia amplector. Ei adherent omnes ejus sequaces Beza, Vvitarcherus lib. 1. q. 1. c. 16.

Auctor hujus epistolae.

721. Auct. 22. Galat. 1. Marc. 15.

Cum certum sit de fide contra Lutherum hanc epistolam Canonicam scriptam fuisse a B. Iacobo Apostolo; & cum duo sint inter Apostolos, qui Iacobi vocati sint; unus Zebedaei filius, Joannis Evangelistae frater ab Herode occisus Auct. 12. num. 2. Tertius Hispaniae protector, qui cognominatur Major. Alter dicitur Iacobus Alphaei, qui & frater Domini nominatur. Ad Galat. 1. num. 19. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Dicitur autem Iacobus Minor a S. Marco cap. 15. num. 40. sive quia aetate junior erat, sive quia vocatione posterior venit, ut dixi loco citando. Dicitur Alphaei, sive Cleophae filius, & etiam Simonis, ac Iudae Thadaei, ac Ioseph, qui cognominabatur Iustus, frater. De utriusque laudibus jam egi tom. 2. in Apocal. cap. 21. de Iacobo Zebedaei, §. 26. De Divo Iacobo Alphaei, seu Minori ibidem egi §. 32. Hoc posito.

722. Alph. Rex. Bergomen. Forra. Honcula. Michael. Bivar. Caro. Sanchez.

Prima sententia Auctorem hujus epistolae fuisse Iacobum Zebedaei, seu Majorem, pro qua pugnant multi gravissimi Auctores Hispanici, Alphonsus Castellae, & Legionis Rex cognomento Sapiens Liber dictus Thesaur. cap. 7. Philippus Bergomen. in supplemento ad annum 43. Sebastian. Forra, Augustin. 2. part. discurs. Pradical. Honcula in Genesim, cap. 21. Michael de Ferze, in libro Pradicationis Sancti Jacobi, 2. part. 2. tract. 2. cap. 2. Franciscus de Bivar. in Commentar. Dextri citandi. Rodericus Caro Hispalensis, in Commentario ejusdem Dextri in ejusdem defensione. Et hanc sententiam probabiliter dicit Gaspar Sanchez tractatu sancti Jacobi in Hispaniam p. 3. cap. 12.

723. Luc. Dextor.

Probantque hanc sententiam, quia Missa Mozarabica quae magnae auctoritatis est, & ordinata a Sancto Ildoro, aperte hanc epistolam tribuit Beato Iacobo Zebedaei Pro- tetaeque secundo ex Lucio Dextro Auctore gravissimo ejusdem aetatis eam Divo Hierony- Sylveira Opuscula.

mo, qui agens de Hispania ait: Multi ibidem Iudaei convertuntur ex duodecim tribubus migrationis, ex Babylonia, quibus & ibi praedicavit, & praecipue Canonicam illi mittit epistolam, quae incipit: Iacobus Dei, & Dominus nostri Iesu Christi servus duodecim tribubus, quae sunt in dispersione, quae fuit prima Scriptura novi Testamenti. D. Ildorus libro de vita, & obitu Patrum, cap. 71. citatur etiam pro hac sententia Sixtus III. Pontifex Maximus de malis Doctoribus, quae extat tom. 5. Biblioth. Sanctorum Patrum, sed ut bene notant ibi Doctores Parisenses in editione ultima, & Bellarm. de Scriptoribus Ecclesiae. Baronius, & alii, epistola illa falso tribuitur Sixto III. Pontifici. Multum sapit Pelagianos, & omnia enim tribuit libero arbitrio, & gratia nihil; astruitque etiam hominem posse vivere sine omni peccato; totumque opus plenum est erroribus Pelagianorum: Ad D. Ildorus dicimus, quod Baronius ad annum 635. tenet illud opus non esse legitimum factum D. Ildori, sicut multi idem affirmant de opere Lucii Dextri, tamen bona pars Doctorum contrarium tenet.

Secunda sententia verior, ac probabilior est gravissimorum Patrum Eusebii Caesariensis. lib. 2. Histor. Ecclesiae, cap. 23. D. Hieron. de Scriptor. Ecclesiae. Nicephori Calisti lib. 2. Histor. cap. 26. S. Clementis lib. 2. Conf. Apostolicar. D. Chryl. Theodor. Bedae, Lyani, Glossae, Salmeiron, Gaspar Sanchez, Bellar. Bened. Just. Cornel. insignis Doctoris Balthasaris Pais Lusitan. ac Benedict. Just. Cornel. a Lapide Suarez tom. 2. ad 3. p. disc. 5. sess. 4. Joannes de Lahay in Prolog. novi Testamenti, sect. 9. c. 2.

Probat hanc sententia; & primo auctoritate Concilii Tridentini sess. 14. cap. 1. de extrema Unctione, & ait: Vere, & proprie Sacramentum novi Testamenti a Domino nostro Iesu Christo, apud Marcum quidem insinuat, per Iacobum autem Apostolum, & Domini fratrem, fideliter commendatum, ac promulgatum; insinuat quis in vobis, inducat Presbyteros. Tunc sic Concilium loquitur de hac epistola Canonica, in qua promulgatur Sacramentum extremae Unctionis, sed hoc Sacramentum dicitur commendatum per Iacobum fratrem Domini, sed solus Iacobus Alphaei, & non Iacobus Zebedaei dicitur frater Domini, ut vidimus, ergo juxta Concil. haec epistola scripta est a Iacobo Alphaei.

Respondent adversarii primo, quod Concilium tantum intendebat ibi diffinire Sacramentum extremae Unctionis esse verum Sacramentum institutum a Christo Domino, in Conciliis autem illa solum sunt de fide, quae dicuntur dispositivae, non vero annuntiativae per haec, vel illa verba. Deinde etiam Iacobus Zebedaei ab aliquibus frater Domini; sic ait Calistus Papa secundus serm. 1. de sanct. Iacobo, qui habetur tom. 15. in Bibliotheca editionis Colon. ait: Quisquis aut Iacobum Zebedaei, aut Iacobum Alphaei fratrem Domini appellat, verum dicit.

Sed contra, cum appellat fratrem Domini solum, quem Scriptura, ac Ecclesia Romana dicit fratrem Domini, sed solum Iacobum Alphaei Scriptura nuncupat fratrem Domini, ut patet ex citato loco Pauli, &

Trident.

etiam Ecclesia Romana prima die Maii licens Jacobus frater Domini, ergo cum Scriptura, & Ecclesia Romana solum Jacobum Alphæi, & non Zebedæi dicat fratrem Domini, cum Concilium dicat Jacobum fratrem Domini intelligit, Jacobum Alphæi, & non Zebedæi.

728.

Secundo probatur ex Breviario Romano prima die Maii in sexta lectione ad finem, ita habet de sancto Jacobo Alphæi: *Unam scripsit epistolam, que de septem Canonici est.* Breviarium autem Romanum multoties à sacra Congregatione Illustrissimorum Dominorum Cardinalium, cum multis Viris Doctissimis adhibitis multis vetustissimis, ac verissimis monumentis est recognitum, examinatum, & approbatum, & unum ex potissimis fundamentis, quod Beatus Jacobus Zebedæi prædicasset in Hispania, ac quod corpus ejus requiescat in Compostella, illud communiter assignatum, quod ita teneat, ac decantet Breviarium Romanum, ut tenent Mariana, Morales, Carthagenæ, Irenæus à sancto Jacobo, Thomas à sancto Joseph, quos adduxi, & citavi Opuscul. 1. Resolutio 1. questione prima, numero quinto, Historiæ, quæ habentur in Breviario, sunt tanquam Historiæ Canonizæ, ut declarat sacra Congregatio, ac sacra Rota, ut citato loco dixi num. 4.

Mariana, Morales, Carthag. Irenæus, Thomas, S. Joseph.

729.

Probatur tertio, quia hæc epistola est pastoralis scripta Judæis ex duodecim tribubus dispersis, atque Beatus Jacobus fuit Jerosolymæ creatus Episcopus, ac specialis Apostolus, ac prædicator gentis Judæicæ, & non gentium; ergo hæc epistola est ei tribuenda, maxime cum ipse esset fidei columna, ut eum appellat Paulus Galat. 2. num. 9. Unde cum se Petrus vidisset è carcere liberatum nuntium misit ad Jacobum Actor. 12. numero, 17.

Gal. 2.

Actor. 12.

Quo idiomate, & tempore hæc epistola scripta est?

730.

Cum D. Jacobus esset Hebræus, & scriberet ad Hebræos per orbem dispersos, scriptam esse videretur Hebræicè. Tamen communis est sententia, quod scripta fuisset Græcè, ut tenet communis sententia. Lingua enim Græca tunc erat valde communis, ac vulgaris apud omnes; & ideo Judæi promiscuè utebantur versione Græca Septuaginta, ac Text. Hebræico; sicut & Iosephus, & Philo circa utramque lectionem citant prophetias veteris Testamenti. Deinde et si Divus Jacobus scriberet hæc epistolam primario ad Hebræos; tamen secundario scriberet ad omnes gentes. Deinde quia ut scribit Sanct. Athanasius in Synopsi, quod D. Jacobus transtulit Evangelium D. Matthæi, ex Hebræo in Græcum, tanquam in universalis idioma, sicut Petrus, Ioannes, & S. Iudas, ac Paulus, excepta illa, quæ est ad Hebræos, ut supra dixi quest. 13. num. 693. Græcè scripserunt.

Iosephus, Philo.

D. Athanas.

731.

Circa tempus, quo fuit scripta, nihil certum de hac re dicere possumus, illud tamen certum quod literis data post epistolam

ad Romanos, quam Apostolus misit anno Christi 58. supra dixi questione 18. numero 682. nam ut tenent Bellarminus, Cornelius à lapide, Estius, Lahay citatus scilicet 8. capite 2. Jacobus habuit occasionem scribendi suam epistolam, quia multi ex doctrina Pauli male, & sinistre intellecta ad Roman. 1. 12. 13. cogitabant, ut postea maligne excogitavit Lutherus, quod sola fides sufficeret ad salutem, inde Jacobus scribens hæc epistolam ait, quod sola fides sine operibus mortua sit; ut jam notavi in principio questionis.

An plura alia scripserit D. Jacobus.

Affirmat Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothec. 732. Sanctæ Titulo Jacobus; & sic ait, Jacobus frater Domini, Auctor ejus epistola, quæ inter septem Canonicas connumeratur, plerique magna sanctitatis scripta reliquit, in quibus excellit Evangelium, quod à quibusdam Evangelium Jacobi, à quibusdam secundum Hebræos inscribitur, cujus sæpe meminisse Origenes, cui & Hieronymus, qui illud ex Hebræo in Græcum transtulit, egregium præbet testimonium in Catalogo Scriptorum. Sed hoc Evangelium Jacobi, sicut & alia novem, quæ circumferantur, nomine Thaddæi, Divi Thomæ, Bartholomæi, ac Philippi reprobantur Gelasius Papa in suo Canone ut apocrypha, quatuor sunt tantum Evangelia vera, & legitima, ut probavi tom. 1. in Evangel. in præfat. 733.

D. Athanasius in Synopsi, scribit D. Jacobum Evangelium Matthæi Hebræicè conscriptum, primum omnium ut verus pastor, ac præsul traduxit in Græcum. Extat etiam quædam historia conscripta ab Hæretico nostro temporum, typis excusa, quæ dicitur Prothoepangelium Jacobi Hebræorum, & sermo historicus de Narivitate Deiparæ usque ad Adventum Magorum, in quo multa falsa, sinistra, ac iniqua continentur, & ideo ut fæctus Hæreticorum damnandus, ac reprobandus est.

Fertur etiam in usu apud Græcos quædam liturgia, seu divina Missa, cujus initium est, *Peccatorum multitudinem inquinatum*, quam ut veram & germanam Jacobi Scripturam retinuit, & accepit Proculus Constantius Archiepiscopus, qui in Synodo Ephesina adversus Nestorium firmiter, ac constanter pugnavit. Tamen Concilium universale cognominato in Trullo sub Iustiniano celebratum, reffellit, ac rejicit hæc Missa perversum dogma Hæreticorum asserentium in Missæ mysterio vino tantum esse utendum; nam Jacobus Apostolus, ac divinitus universalis traditio Ecclesiæ tenent, divinum poculum ex vino permixto aqua celebrandum.

QUESTIO XVII.

De epistolis D. Petri Apostoli.

SUMMARIUM.

735 Prima epistola D. Petri Canonica. 736 Aucto

- 736 Auctor illius D. Petrus primario eam scribit ad Judæos conversos, secundario ad gentes que susceperunt fidem.
737 Epistola scripta est Roma anno 45.
738 Scripta est Græco idiomate.
739 De secunda epistola dubitant aliqui, de fide certum esse Canonicam, & num. 740. 741.
742 Auctor hujus secunda est D. Petrus: scripsit contra Simonem Magum jam proxime martyrio laureandus.
743 Objectio ex diverso stylo nihil concludit.
744 Hæc epistola D. Petri postulat D. Bonifacius, ut literis aureis scriberentur.
745 Aliqua opera nomine D. Petri, ut adulterina, & aliena ab eo rejiciuntur.

Prima Epistola.

735.

Eusebius.

Jodocus.

736.

Eusebius, D. Athan. D. Hieron. Dydamus. Oecumen. Beda. Caietan. Hugo. Actor. 2. Petri c. 1.

737.

1. Theff. 1. D. Hieron. Oecumen.

DE magnalibus D. Petri, jam aliqua pro nostra tenuitate dixi tom. 2. in Apoc. c. 21. quest. 24. Nunc vero agimus de ejus epistolis. Quoad primam epistolam certum est apud omnes, esse Canonicam, ut testatur Eusebius lib. 3. Histor. cap. 1. & ideo omnia Concilia Generalia, ac Sancti Patres, qui de libris Canonicis agunt, eam annumerant, & reponunt inter apostolos Canonicos, quos satis late, ac diffusè adducit, & citat Jodocus Coctius in Thesuro Catholico, tom. 1. lib. 6. p. 720.

Auctor illius est D. Petrus, ut statim in primo verbo legitur Petrus Apostolus Jesu Christi, qui pro sui muneris ratione, Judæos, qui in variis regionibus dispersi, Christiana sacra susceperunt, partim consolatur, partim in fide suscepta confirmat; nam hæc epistola primario scripta est ad ipsos Christianos, qui ex Judæismo conversi erant, & dispersi per Pontum, Galiliam, Cappadociam, Asiam, & Bithiniam ut patet ex cap. 1. n. 1. eosque in suis persecutionibus corroborat in fide, ut patet n. 6. & notant Eusebius lib. 3. Histor. c. 4. D. Athan. in Synopsi D. Hier. de script. Ecclesiast. in Petro, Dydamus, Oecumen. Beda, Cajetan, Hugo, Tielman. Hi enim fuerunt primi Christiani, quos Petrus prædicando convertit ad fidem. Actor. 2. n. 41. & Actor. 5. n. 14. Secundario hæc epistolam scripsit D. Petrus ut universalis Pastor totius Ecclesiæ ad Christianos ex Gentilitate conversos ad fidem. Quorum vocationem ostendit cap. 2. numero nono, & eam ex Osee confirmat n. 10. quod etiam insinuavit cap. 1. n. 18. & cap. 4.

Hæc epistola scripta est Romæ, quam Babyloniam appellat cap. 3. num. 13. quia plena erat confusione idolorum, ac Gentium, & missa est ad ipsos conversos ad fidem, per Silam, sive ut Silanum, patet ex cap. 5. num. 13. qui ex Roma deferens literas Petri in Orientem, invenit Sanctum Paulum, illique prædicationis comes adhæsit 1. Theffal. 1. num. 1. ut ibi notant D. Hieron. Oecumen. & alii. Hæc autem epistola scripta est ad annum Nativitatis Christi 45. ipse enim D. Petrus transtulit Cathedrali Pontificiam ex Antiochia ad Romam, idque patet, quia cum Petrus scriberet hæc epistolam secum habebat Marcum, quem n. 13. salutantem fideles introducit; Sanctus autem Marcus à Roma discessit missus à D. Petro in Alexandriam anno 45. cum prius Romæ scripsisset suam Evangelium, ut supra diximus. Quare hæc epistola scripta est ante omnes epistolas D. Pauli, ut patet ex supra dictis quest. 12. a num. 777.

Sylveira Opuscula.

Quo autem idiomate fuerit scripta maxime dubitatur, D. Hieron videtur inavere scriptam Hebræicè, & à Sancto Marco in Latinum conversam. Sed D. Hieronymus tantum asserit D. Petrum variasse stylium, de hac prima in secundam, in qua diversus est stylus, quod est verum, ut statim dicam, etiam Hebræicè, vel Græcè fuisset scripta; cum ergo hæc epistola sit literis data ad eos, qui per diversas regiones versabantur, Ponticos, Cappadoces, Bithinios, Asianos, communis sententia, est quod fuerit scripta Græca lingua, quæ maxime erat communis, & vulgaris etiam apud Judæos, extra Judæam degentes.

Secunda Epistola.

De ejus auctoritate pauci aliqui antiqui anonymi, atque ignori dubitarunt, ut testatur Euseb. lib. 1. Histor. cap. 23. sub finem. & hoc nostro sæculo Lutherus, Erasmus, & alii hujus facinæ, quorum fundamentum est, quia hæc epistola maxime discrepat in stylo à primâ; accedit quod in Syriaca non extat, ergo videtur rejici in Canone librorum.

De fide tenendum est hæc secundam epistolam D. Petri esse Canonicam, Sanctam, & Catholicam. Ita definitum est in multis Conciliis Carthag. III. cap. 47. Concil. Florent. Trident. sess. 4. Hancque veritatem amplectuntur communiter omnes Sancti Patres tam Orientalis, quam Occidentalis Ecclesiæ. Cyrillus Hierosolymitanus Cathed. 4. Divus Hippolytus Martyr. sermone ab Antichristi. D. Athanasius in Synopsi. D. Nazianzenus in Carm. de scripto. D. Epiph. D. Epiph. hares. 76. D. Chrylost. in Psalm. 4. & 13. D. Hieron. epist. 150. q. 11. D. Damascen. in Parallelis. D. Gregor. homil. 18. in Ezechiellem, ubi aperte asserit esse germanam Sancti Petri epistolam. Ita Augustin. Ambros. Origenes, & alii. Ad fundamentum adversariorum infra respondebo.

Auctor hujus epistolæ est Sanctus Petrus, ut statim in prima fronte dicitur, Simon Petrus, servus & Apostolus Jesu Christi, & vers. 18. testatur se cum Joanne, ac Jacobo interfuisse in monte, & audisse vocem delapsam à Deo Patre, & cap. 3. n. 1. Hanc vobis charissimi secundam scribo epistolam. Ergo aperte supponit se jam primam scripsisse, & eodem capite num. 15. Sicut charissimus Frater noster Paulus secundum sapientiam sibi datam scripsit vobis. Appellat Paulum Fratrem, ac ejusdem muneris collegam, quod nullus alius nisi Apostolus auderet de se affirmare.

Scripsit autem D. Petrus hæc epistolam contra Simonem Magum, ac alios Hæreticos, qui inde erant prodituri, ut fuerunt Valentinus, Menander, Basilides, &c. Supremus Christi Vicarius brevi moriturus, ut ipse exprimit 1. Petr. 1. cap. 1. num. 14. Certus quod velox est depositio tabernaculi mei. Hanc ultimam Cyneam dat vocem, ultimum vale dicens Ecclesiæ, ac suis fidelibus, & ovibus, ostendens erga eos suam eximiâ charitatem, ac sollicitudinem, tanquam in pignus sui pastoralis amoris relinquens,

K 3 antiqua